manuscript

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8391
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tua exultabitur. At fortasse in
aliquis dicat / bene admones
sed si ea diceres / que tuo proposito
conuenirent / Expectate paulisper
non sum immemor / Nonne in
manibus id tractare qd dicit
Oleum effusum nomen tuum
at non — Hoc opus hic labor est Et quod
premisimus an fuerit necessaria
vos videritis / Sicut qd attinet ad
me / quia hinc aliena non sit
paucis aduertite / ne recorda
mini in sponse uberibus extima
esse commendatam suaue olentiam
vnguentorum Quid ergo conse
quentius / quam vt eandem fragra
ciam sponsa ne sibi arrogare
putetur / de sponsi beneficio re
cognoscat / Cui plane sensu
illa omnia que percepit animus
subseruire cognoscat Et vbera
inquit mea sic redolent et sic
placent / nec studiis nec meritis
ascribo meis sed tue o sponse
tribuo largitati / de oleo vtique
effuso nomine tuo / hoc pro littere
consequencia / Ceterum explanacio
ipsius capituli / cuius occasione
super nequissimo vicio ingrati
tudinis presentem sermonem / tam in
longum protraximus / ipsius aliud
et sermonis exordium aliud deside
rat / Nunc hoc solum admonitos vos
esse sufficiat / si sponsa vtique de
omni virtute sua vel gracia nimie
audet sibi quippiam arrogare /
quanto minus adolescentule forte que

nos sumus / Dicamus proinde
et nos sponse vestigia insectantes
dicamus Non nobis domine non
nobis sed nomini tuo da gloriam
Dicamus non verbo et lingua
tantum sed opere et veritate / ne for
te qd nimis vereor dicatur et
de nobis Dilexerunt eum in ore
suo et lingua sua mentiti sunt
ei / cor autem eorum non erat rectum
cum eo / nec fideles habiti sunt
in testamento / Dicamus ergo
dicamus clamantes medullis
cordis plus quam labiis oris / Sal
uos fac nos domine deus noster
et congrega nos de nacionibus
vt confiteamur nomini tuo sancto
non nostro / et gloriemur in laude
tua non nostra in secula seculorum Amen.

Notus Quatuordecimum. ix

Notus in Iudea deus in Isra
hel magnum nomen eius
Amplius gentium qui ambulat in ·J·
tenebris vidit lucem magnam / que
erat in Iudea et in Israel / Voluit
quoque accedere et illuminari / vt qui ali
quando amplius nunc amplius esset / lapisque
vnus angularis ambos in se pa
rietes venientes e diuerso reci
peret / et esset de cetero in pa
ce locus eius / Porro fiduciam
dabat mutantis / que iam vox so
nuerat / Letamini gentes cum ple
be eius Ergo accedere voluit sed
vetuit synagoga immundam as
serens ecclesiam de gentibus
et indignam ydolatrie fecem